



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 12. Gregorii Sayerri Benedictini fatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII. canus Collegii Canonorum renuntia-
 A. C. 1602. tur, uti etiam meritis plenus fatis cel-
 sit. Elucubravit sex libros rerum Bur-
 gundicarum necnon libros quindecim
 rerum Belgicarum atque Austriacarum
 præter librum de orthographia Belgica
 necnon de libera hominis Nativitate
 & de veteri ac sui ævi Belgio.

§. XII.

*Gregorii Sayerri Benedictini
 fatum.*

*Miræus
 Aubert.
 Script.
 Sæc. XVII.
 Possév. App.
 Sac. lit. G.
 P. Ziegel-
 baur hist.
 Rei lit. p. 4.
 c. I. sect. 4.*

Non minus pietate quam scientia in-
 clytus erat Gregorius Sayerrus na-
 tione Anglus, Ordinis S. Benedicti Mo-
 nachus Congregationis Cassinensis. Is
 Philosophicas disciplinas, cum juvenis
 esset, Cantabrigiæ in patria edoctus ob
 Religionis tum in Anglia oppressæ amo-
 rem in Franciam transfretabat, & Rhe-
 mis interrupta studia prospero admodum
 successu absolvebat. Inde Romam Theo-
 logiæ navaturus operam mittebatur:
 tandem vero mundo valere jussu ad
 Montem Cassinum factus Monachus an-
 no Christi millesimo quingentesimo octo-
 gesimo quinto confugit, ibidemque so-
 lidi ingenii, constantis judicii, felicissi-
 mæque memoriæ beneficio non tantum
 per plures annos Theologiam docendo
 tradebat, sed etiam insignem eruditio-
 nem

nem affecutus egregia prorsus opera edit, inter quæ potissimum celebrantur Sæc. XVII.
A. C. 1602.
 sex libri de *Theologia scholastica, tractatus de Sacramentis in Communi*, quod opus Venetiis anno priori editum summo Pontifici dicabat. Alterum seu tractatum de Theologia morali sive de *cen-
 suris Ecclesiasticis, pœnis & impedimentis* iterato prælo excusum Anglis Confessoribus nuncupabat. Edidit quoque *flores decisionum seu casuum conscientie*, præter *epitome Consiliorum Navarri*, necnon *summam Sacramenti pœnitentiæ ac denique clavem Regiam Sacerdotum*, in quibus tamen lucubrationibus plura ex Commentariis Doctoris Navarri desumpsit, absque literarii plagii vitio, cum id ipsemet ingenue testatus sit. Decessit Venetiis in cœnobio Benedictino S.Georgii majoris, fato nimis præmaturo ac nondum expleto anno ætatis trigesimo secundo, cælo tamen sat maturus.

§. XIII.

Florimundi Remondi obitus.

Hoc item anno peritissimus historiæ antiquæ & recentioris Scriptor supremum obiit diem, qui ob detectos Calvinianæ Sectæ errores a Reformatis atroci passim scomate traducitur, a Catholicis vero propter egregiam veræ Religionis Reli-
 Gravet.
 Hist. Sæc. 17.
 pag. 102.
 Rocolles hist.
 du Calvin.
 Aubert.
 Mir. Script.
 Sæc. XVI.
 Reli-Weism. notit.
 Aut.

R 4